



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LVI. De causalitate resurrectionis Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

culnerit eicatrices: unde ut legitur Luc. vi. dixit eis Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Alio modo, ostendit eis veritatem suam resurrectionis ex parte animae, iterato corpori unita. Et hoc ostendit per opera triplicis vitae. Primo quidem, per opera vitae nutritivae, in hoc, quod cum discipulis manducavit & bibit, ut legitur Luc. vi. Secundo per opera vitae sensitivae, in hoc, quod discipulis ad interrogata respondebat, & praesentes salutabat, in quo ostendebat se & videre, & audire. Tertio, per opera vitae intellectivae, in hoc quod eis loquebatur, & de scripturis disserbat. Et ne quid deesset ad perfectionem manifestationis, ostendit etiam se habere divinam naturam, per miraculum quod fecit in piscibus capiendis, & ulterius per hoc, quod eis ianuis clavis intravit secundum enim quod Greg. * dicit in Hom. palendam carnem Dominus praebuit, qua ianuis clavis introduxit, ut esse post resurrectionem ostenderet corpus suum, & eiusdem naturae, & alterius gloriae, similiter etiam ad proprietatem gloriae pertinebat, quod subito ab oculis eorum evanuit, ut dicitur Lucae vi. quia per hoc ostendebatur, quod potestate eius erat videri, & non videri: quod pertinet ad conditionem corporis gloriosi, ut supra dictum est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod licet singula argumentorum non sufficerent ad manifestandam perfecte Christi resurrectionem, tamen anima simul accepta perfecte Christi resurrectionem manifestant, maxime propter scripturam testimonium, & angelorum dicta, & etiam ipsius Christi assertioe miraculis confirmata: angeli autem apparentes non asserunt se homines esse, sicut asseruit Christus vere se hominem esse. Et tamen aliter Christus manducavit, & aliter angelum nam quae corpora ab angelis assumpta, non erant corpora viva vel animata, non erat vera comestio, licet esset vera cibi contritio, & traectio in interiori partem corporis assumpti: unde & angelus dixit Tobiae 10. Cum essem vobiscum, videbar quidem vobiscum manducare, & bibere: sed ego cibo inuisibili vivo: sed quia corpus Christi vere fuit animatum, vera fuit eius comestio. ut enim Aug. * dicit 13. de Civ. Dei, non potestas, sed egestas edendi, corporibus resurgentium auferunt. unde sicut Beda * dicit, Christus manducavit, potestate, non egestate.

AD SECUNDUM dicendum, quod (sicut dictum est) argumenta quaedam inducebantur a Christo ad probandam veritatem humanae naturae, quaedam vero ad probandam gloriam resurgentis. Ceditio autem naturae humanae, secundum quod in se consideratur (quantum scilicet ad statum praesentem) contrariatur conditioni gloriae, secundum illud 1. ad Corinthios. 15. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. & ideo ea quae inducuntur ad ostendendam conditionem gloriae, videntur habere contrarietatem ad naturam, non simpliciter, sed secundum statum praesentem, & e contrario. unde Gregor. * dicit in Homil. quod duomira, Dominus ostendit, dum post resurrectionem corpus suum, & incorruptibile, & tamen palpabile demonstravit.

AD TERTIUM dicendum, quod (sicut Aug. * dicit super Ioan.) hoc quod Dominus dixit, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum, sic dictum est ut

A in illa femina figuraretur ecclesia de gentibus, quae in Christum non credidit, nisi cum ascendisset ad patrem: aut sic in se credi voluit Iesus, hoc est sic se spiritualiter tangi, quod ipse & pater unum sunt. Eius quippe intimis sensibus quodammodo ascendit ad patrem, qui sic in eo profecerit, ut patri agnoscat aequalem. Haec autem carnaliter adhuc in eum credebatur, quem sicut hominem flebat: quod autem Maria alibi legitur Christum tetigisse, quando simul cum aliis mulieribus accessit, & tenuit pedes eius, quaestio nem non facit, ut Severianus dicit: siquidem illud de figura est, hoc de sexu: illud de divina gratia, hoc de humana natura: vel sicut Chrysosto. * dicit, volebat haec mulier adhuc cum Christo conuersari, sicut & ante passionem, & pra gaudio nihil magnum cogitabat: quamuis caro Christi multo melior facta fuerit resurgendo. Et ideo dixit: nondum ascendi ad patrem meum, quasi dicat, non astitimes me iam terrenam vitam agere, quod enim in terris me uides, hoc est, quia nondum ascendi ad patrem meum, sed in promptu est quod ascendam: unde subditur, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum.

AD QUARTUM dicendum, quod sicut Augustinus * dicit in Dialogo ad Orosium, Clarificata carne Dominus resurrexit: sed noluit in ea clarificatione discipulis suis apparere, quia non possent oculis suis talem claritatem prospicere: si enim antequam moreretur pro nobis, & resurgeret, quando transfiguratus est in monte, discipuli sui eum videre non potuerunt, quanto magis glorificata carne Domini eum videre non potuerunt? Est etiam considerandum, quod post resurrectionem Dominus hoc praecipue uolebat ostendere, quod idem ipse esset, qui mortuus fuerat, quod multum poterat impedire, si eis sui corporis claritatem ostenderet: nam immutatio quae fit secundum aspectum, maxime ostendit diuersitatem eius, quod videtur: quia sensibilia communia (inter quae est unum & multa, vel idem & diuersum) maxime diiudicat visus: sed ante passionem, ne infirmitatem passionis eius discipuli despicerent, intendebat Christus eis gloriam maiestatis suae ostendere, quam maxime demonstrat claritas corporis. Et ideo ante passionem, gloriam suam demonstravit discipulis per claritatem, post resurrectionem autem per alia indicia.

AD QUINTUM dicendum, quod sicut Aug. * dicit in lib. de Consensu Euang. possumus intelligere unum angelum visum a mulieribus, secundum Mat. & Mar. ut eas ingressas in monumentum accipiamus, in aliquo spatium, quod erat aliqua maceria communitum, atque ibi vidisse angelum * sedentem a dextris, quod dicit Marcus. Deinde dum introspicere locum in quo iacuerat corpus Domini, uisos ab eis alios duos angelos, primo quidem sedentes ut dicit Ioan. & postea eos surrexisse, ut stantes uiderentur, ut dicit Lucas.

AD SEXTUM dicendum, quod sicut Aug. * dicit in lib. de Consensu Euang. possumus intelligere unum angelum visum a mulieribus, secundum Mat. & Mar. ut eas ingressas in monumentum accipiamus, in aliquo spatium, quod erat aliqua maceria communitum, atque ibi vidisse angelum * sedentem a dextris, quod dicit Marcus. Deinde dum introspicere locum in quo iacuerat corpus Domini, uisos ab eis alios duos angelos, primo quidem sedentes ut dicit Ioan. & postea eos surrexisse, ut stantes uiderentur, ut dicit Lucas.

QVAESTIO LV.

De resurrectione Christi causalitate, in duos articulos diuisa.

EINDE considerandum est de causalitate resurrectionis Christi. Tertia S. Thomae.

Super Quaestiois quinquagesimae sextae Articulum primum.

Titulus clarus. In corpore una est conclusio: Resurrectio Christi est causa nostrae resurrectionis. Probat tripliciter. Primo ratio.

Homil. 85. in Io. super illud, noli me tangere. 1. 3. Argamen. suppletus. Lib. 3. c. 24. to mo 4. Supra lapsidem reuolutum a monumento, sicut dicit Mar. ut hoc sit sedentem.

Homil. 85. in Io. super illud, noli me tangere. 1. 3. In dial. 65. q. 14. in prima. com. 4. lib. 3. c. 24. to mo 4. Supra lapsidem reuolutum a monumento, sicut dicit Mar. ut hoc sit sedentem.

ne principii in quolibet genere, &c. Iteu do auctoritate Apostolice ex consuetudine Verbi incarnati. Omnia clara, & distincta sunt in littera.

In responsione ad certium, adverte quod humanitas Christi quia est organum con iunctum personaliter uerbo Dei, est uelut uniuersale instrumentum Dei ad miracula faciendā, ut ex superius dictis habetur. Determinatur autem ad esse instrumentum ad hoc, uel illud opus miraculosum, per aliquā ipsius conditionem: ita quod ex hoc, quod passus est, intelligimus communicatam sibi per quandam appropriationem uirtutem remissionis peccatorum, & ex hoc, quod resurrexit, communicata similiter est sibi uirtus resuscitandi mortuorum, & sic de aliis similibus instrumentalibus actionibus, quae humanitati Christi tribuantur instrumentaliter, Deo autem principaliter: sic enim resurrectio Christi dicitur causa nostrae resurrectionis: quoniam per ipsam, ut dictum est, Christus homo instrumentum est efficax constitutus est ad resuscitandos homines in uitam aeternam.

4. di. 4. ar. 3. q. 1. Et 4. co. 3. 78. Et uel q. 2. ar. 3. ad 7. Et op. 9. ca. 24. Et op. 60. c. 21. Et 1. co. 15. sec. 1.

cap. ult. par. 4. a. med.

Damas. lib. 4. c. 20.

Et circa hoc quaeruntur duo. Primo, Vtrum resurrectio Christi sit causa nostrae resurrectionis. Secundo, Vtrum resurrectio Christi sit causa nostrae iustificationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod resurrectio Christi non sit causa resurrectionis corporum. Posita enim causa sufficiens, necesse est effectum poni. Si ergo resurrectio Christi est causa sufficiens resurrectionis corporum, statim eo resurgente omnes mortui resurgere deberent.

Præterea. Causa resurrectionis mortuorum est diuina iustitia, ut scilicet corpora simul premi entur uel puniantur cum animabus, sicut communicauerunt in merito uel peccato, ut dicit Dionysius. vlti. cap. Cælest. Hier. & etiam Damasc. dicit in 3. lib. sed iustitiam Dei necesse esset impleri, etiam si Christus non resurrexisset. ergo etiam Christo non resurgente, mortui resurgerent: non ergo resurrectio Christi est causa resurrectionis corporum.

Præterea. Si resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporum, aut esset causa exemplaris, aut cause effectiua, aut meritoria: sed non est causa exemplaris, quia resurrectionem corporum Deus operabitur, secundum illud Ioan. 5. si

cut pater suscitatur mortuos: Deus autem non indiget inspicere ad aliquod exemplar extra se, similiter etiam non est causa effectiua: quia causa efficiens non agit nisi per contactum uel spiritualem uel corporalem: manifestum est autem quod resurrectio Christi non habet contactum corporalem ad mortuos, qui resurgunt propter distantiam temporis & loci: similiter etiam nec contactum spiritualem, qui est per fidem & charitatem quia etiam infideles, & peccatores resurgent. neque etiam est causa meritoria: quia Christus resurgens iam non erat uiuitor, & ita non erat in statu merendi, & ita nullo modo resurrectio Christi uideretur esse causa nostrae resurrectionis.

Præterea. Cum mors sit priuatio uitae, nihil uidetur esse aliud destruere morrem, quam reducere uitam, quod pertinet ad resurrectionem: sed Christus moriendo, mortem nostram destruxit. ergo mors Christi est causa nostrae resurrectionis, non ergo eius resurrectio.

SED CONTRA est, quod super illud 1. ad Corinth. 15. Si Christus praedicatur, quod resurrexit a mortuis, &c. dicit Glossa. qui est causa sufficiens resurrectionis nostrae.

RESPON. Dicendum, quod illud, quod est primum in quolibet genere, est causa omnium, quae sunt

post, ut dicitur in 2. Metaphysic. Primum autem in genere nostrae resurrectionis fuit resurrectio Christi, sicut ex supradictis patet: unde oportet, quod resurrectio Christi sit causa nostrae resurrectionis, & hoc est quod Apostolus dicit 1. ad Corinth. 15. Christus resurrexit a mortuis primitiae dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: & hoc rationabiliter. nam principium humanae uiuificationis est uerbum Dei, de quo dicitur in Psalm. 35. Apud te est fons uitae: unde & ipse dicit Ioan. 5. sicut pater suscitatur mortuos, & uiuificat, sic & Filius quos uult uiuificat. Habet autem hoc naturalis ordo rerum diuinitus institutus, ut quaelibet causa primo operetur in id, quod est propinquius: & per illud operetur in alia magis remota: sicut ignis primo calefacit aerem sibi propinquum, quem calefacit corpora distantia, & ipse Deus primo illuminat substantias sibi propinquas, per quas illuminat magis remotas, ut Dionysius dicit 15. c. Cælest. Hier. & ideo uerbum Dei primo tribuit uitam im mortalem corpori sibi naturaliter unito, & per ipsum operatur resurrectionem in omnibus aliis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod (sicut dictum est) resurrectio Christi est causa nostrae resurrectionis per uirtutem Verbi uniti, quod quidem operatur, secundum uoluntatem, & ideo non oportet, quod statim sequatur effectus: sed secundum dispositionem uerbi Dei, ut scilicet primo conformemur Christo patienti & morienti in hac uita passibili, & mortali, deinde perueniamus ad percipiendum similitudinem resurrectionis ipsius.

AD SECUNDVM dicendum, quod iustitia Dei est causa prima resurrectionis nostrae: resurrectio autem Christi est causa secundaria & quasi instrumentalis. Licet autem uirtus principalis agentis non determinetur ad hoc instrumentum determinate: tamen ex quo per hoc instrumentum operatur, instrumentum illud est causa efficiens. sic ergo diuina iustitia, quantum est de se, non est obligata ad resurrectionem nostram causandam per resurrectionem Christi: potuit enim alio modo nos Deus liberare, quam per Christi passionem & resurrectionem ut supra dictum est. Ex quo tamen decreuit hoc modo nos liberare, manifestum est, quod resurrectio Christi est causa nostrae resurrectionis.

AD TERTIVM dicendum, quod resurrectio Christi non est, proprie loquendo, causa meritoria nostrae resurrectionis: sed est causa efficiens & exemplaris. Efficiens quidem, in quantum humanitas Christi in quam resurrexit, est quodammodo instrumentum diuinitatis ipsius, & operatur in uirtute eius, ut supra dictum est. Et ideo sicut alia, quae Christus in sua humanitate fecit, uel passus est, ex uirtute diuinitatis eius sunt nobis salutaria (ut supra dictum est) ita & resurrectio Christi est causa efficiens nostrae resurrectionis uirtute diuina: cuius proprium est mortuos uiuificare: quae quidem uirtus praesentialiter attingit omnia loca & tempora, & talis contactus virtualis sufficit ad rationem huius efficientiae. Et quia (ut dictum est) primordialis causa resurrectionis humanae est diuina iustitia, ex qua Christus habet potestatem iudicium facere, in quantum filius hominis est, uirtus effectiua resurrectionis eius se extendit, non solum ad bonos, sed etiam ad malos, qui sunt eius iudicio subiecti. Sicut autem resurrectio corporis Christi, ex eo quod corpus illud est personaliter uerbo unitum, est prima & potiore, ita etiam est prima dignitate & perfectione, ut dicit glossa. 1. ad Cor. 15. Semper autem id, quod est perfectissimum

Cap. 15. c. 21. Et 1. co. 15. sec. 1.

Cap. 15. c. 21. Et 1. co. 15. sec. 1.

Cap. 15. c. 21. Et 1. co. 15. sec. 1.

Cap. 15. c. 21. Et 1. co. 15. sec. 1.

fecissimum, est exemplar eius quod est minus perfectum secundum suum modum, & ideo resurrectio Christi est causa exemplaris nostrae resurrectionis. Quae quidem necessarii est, non ex parte resuscitatis, qui non indiget exemplari, sed ex parte resuscitatorum, quos oportet illi resurrectioni conformari, secundum illud Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostrae, conformatum corpori claritatis suae. Licet autem efficientia resurrectionis Christi se extendat ad resurrectionem tantum bonorum, quam malorum: exemplaritas tamen eius se extendit proprie solum ad bonos: qui sunt facti conformes filiationis ipsius, ut dicitur Roma. 8.

Ad quartum dicendum, quod secundum rationem efficientiam, quae dependet ex virtute diuina communitate, tam mors Christi, quam etiam resurrectio, est causa tam destructionis mortis, quam reparandis uitae: sed secundum rationem exemplaritatis, mors Christi, per quam recessit a vita mortali, est causa destructionis mortis nostrae: resurrectio vero eius, per quam inchoauit vitam immortalem, est causa reparationis uitae nostrae: passio tamen Christi est insuper causa meritoria, ut supra dictum est.*

ARTICVLVS II.

Utrum resurrectio Christi sit causa resurrectionis animarum.

Super Quaestiones quinquagesima sextae articulum secundum.

Titulus clarus est. Intelligenti resurrectione aie est a more peccati: mors, anima peccati est. & uita eius est gratia Dei.

In corpore sunt duae conclusiones. Prima est, Resurrectio Christi habet uirtutem insumme effectiue: cuius respectu resurrectionis animarum, & non solum corporum. Probat. Resurrectio Christi agit in uirtute dei, extendens se non solum ad uita corporum, sed aie, ergo.

Aduerte hic, quod consequenter, seu non ista praesupponit supra dicta & potestatem, seu omnipotentiam humanitatis Christi, quod extendit se potestas eius in spiritualis ad quatuor: mirabilia opera, exceptis his quae spectant ad primam reu creationem, & ubi laeius patuit. Supposita, ad aequationem organi, gratia materiae subiectae tenet argumentum uirtus deitatis principalis extendit se ad uita corporum & animarum, ergo uirtus instrumentalis humanitatis extendit se ad eadem.

Secunda conclusio est: Resurrectio Christi est causa exemplaris resurrectionis animarum: probat. quia Christus resurgens debemus, & secundum animam conformari, sic

AD SECUNDUM sic procedit. Videtur quod resurrectio Christi non sit causa resurrectionis animarum. Dicit enim Aug.* super Ioan. quod corpora resurgunt per dispensationem humanam: sed anime resurgunt per substantiam Dei: sed resurrectio Christi non pertinet ad substantiam Dei, sed ad dispensationem humanam: ergo resurrectio Christi, & si sit causa resurrectionis corporum, non tamen uidetur esse causa resurrectionis animarum.

¶ 2. Praet. Corpus non agit in spiritu: sed resurrectio Christi pertinet ad corpus eius, quod cecidit per mortem: ergo resurrectio Christi non est causa resurrectionis animarum.

¶ 3. Praet. Quia resurrectio Christi est causa resurrectionis corporum omnium, corpora resurgunt, secundum illud I. ad Corin. 15. Omnes quidem resurgemus: sed non omnium animae resurgent: quia quidam ibunt in supplicium aeternum, ut dicitur Mat. 25. ergo resurrectio Christi non est causa resurrectionis animarum.

¶ 4. Praet. Resurrectio animarum fit per remissionem peccatorum: sed hoc factum est per Christi passionem, secundum illud Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: ergo resurrectionis animarum, magis est causa Christi passio, quam eius resurrectio.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Roma. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram: quae non

hil aliud est quam resurrectio animarum. Et super illud Psalm. 29. Ad uesperum demorabitur factus, dicit glossa, quod resurrectio Christi est causa resurrectionis nostrae & animae in praesenti, & corporis in futuro.

RESPON. Dicendum, quod (sicut dictum est*) resurrectio Christi agit in uirtute diuinitatis, quae quidem se extendit, non solum ad resurrectionem corporum, sed etiam ad resurrectionem animarum: a Deo enim est, & quod anima uiuat per gratiam, & quod corpus uiuat per animam. Et ideo resurrectio Christi habet instrumentaliter uirtutem effectiuam non solum respectu resurrectionis corporum, sed etiam respectu resurrectionis animarum: similiter etiam habet rationem exemplaritatis respectu resurrectionis animarum: quia Christo resurgenti debemus etiam secundum animam conformari, ut sicut, secundum Apo. Rom. 6. Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus: & sicut ipse resurgens ex mortuis iam non moritur, ita & nos existimemus nos mortuos esse peccato, ut iterum uiuamus in illo.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Aug.* dicit resurrectionem animarum fieri per Dei substantiam, quantum ad participationem: quia scilicet participando diuinam bonitatem, animae fiunt bonae, & iustae, non autem participando quacumque creaturam: unde cum dixisset, anime resurgunt per substantiam Dei, subdit: participatione enim Dei fit anima beata, non participatione animae sanctae: sed participando gloriam corporis Christi, efficiuntur corpora nostra gloriosa.

AD SECUNDUM dicendum, quod efficientia resurrectionis Christi pertingit ad animas, non per propriam uirtutem ipsius corporis resurgentis, sed per uirtutem diuinitatis cui personaliter unitur.

AD TERTIUM dicendum, quod resurrectio animarum pertinet ad meritum, quod est effectus iustificationis: sed resurrectio corporum ordinatur ad penam vel praemium, quae sunt effectus iudicantis. Ad Christum autem non pertinet iustificare omnes, sed iudicare, & ideo omnes resuscitat secundum corpus, sed non omnes secundum animam.

AD QUARTUM dicendum, quod in iustificatione animarum duo concurrunt, scilicet remissio culpe, & nouitas uitae per gratiam. Quantum ergo ad efficientiam, quae est per uirtutem diuinam, tam passio Christi quam resurrectio est causa iustificationis quoad utramque: sed quantum ad exemplaritatem proprie passio, & mors Christi, est causa remissionis culpe, per quam morimur peccato: resurrectio autem Christi, est causa nouitatis uitae, quae est per gratiam siue iustitiam. Et ideo Apostolus dicit Roma. 4. quod traditus est, scilicet in mortem, propter delicta nostra, scilicet tollenda, & resurrexit propter iustificationem nostram: sed passio Christi est etiam causa meritoria, ut dictum est.*

¶ Super Quaestiones quinquagesime septime articulum primum.

Titulus clarus. In corpore una conclusio: Cõueniens fuit Christum non remanere in terris, sed ascendere in caelum. Probat. Locus debet esse proportionatus locato, &c. clare patet infra.

¶ De ascensione Christi, in sex articulos diuisa.

EINDE considerandum est de ascensione Christi.

Tertia S. Thomae.

hoc declarat auctoritate apostoli quoad duo scilicet nouitatem uitae, & quod ad uitationem ulterius mortis.

Arti. praeced. ad 3.

Tra. 23. in Ioan. inter prin. & medium to. 9.

Eodem loco nunc dicto.

Alias iustificationis.

¶ Super Quaestiones quinquagesime septime articulum primum.

Titulus clarus.

In corpore una conclusio: Cõueniens fuit Christum non remanere in terris, sed ascendere in caelum. Probat. Locus debet esse proportionatus locato, &c. clare patet infra.

Ar. praeced. ad 3. arg.

Et

Q. 4. ad 1.

Super Quaestiones quinquagesime sextae articulum secundum.

Titulus clarus est. Intelligenti resurrectione aie est a more peccati: mors, anima peccati est. & uita eius est gratia Dei.

In corpore sunt duae conclusiones. Prima est, Resurrectio Christi habet uirtutem insumme effectiue: cuius respectu resurrectionis animarum, & non solum corporum.

Aduerte hic, quod consequenter, seu non ista praesupponit supra dicta & potestatem, seu omnipotentiam humanitatis Christi, quod extendit se potestas eius in spiritualis ad quatuor: mirabilia opera, exceptis his quae spectant ad primam reu creationem, & ubi laeius patuit. Supposita, ad aequationem organi, gratia materiae subiectae tenet argumentum uirtus deitatis principalis extendit se ad uita corporum & animarum, ergo uirtus instrumentalis humanitatis extendit se ad eadem.

Secunda conclusio est: Resurrectio Christi est causa exemplaris resurrectionis animarum: probat. quia Christus resurgens debemus, & secundum animam conformari, sic

AD SECUNDUM sic procedit. Videtur quod resurrectio Christi non sit causa resurrectionis animarum. Dicit enim Aug.* super Ioan. quod corpora resurgunt per dispensationem humanam: sed anime resurgunt per substantiam Dei: sed resurrectio Christi non pertinet ad substantiam Dei, sed ad dispensationem humanam: ergo resurrectio Christi, & si sit causa resurrectionis corporum, non tamen uidetur esse causa resurrectionis animarum.

¶ 2. Praet. Corpus non agit in spiritu: sed resurrectio Christi pertinet ad corpus eius, quod cecidit per mortem: ergo resurrectio Christi non est causa resurrectionis animarum.

¶ 3. Praet. Quia resurrectio Christi est causa resurrectionis corporum omnium, corpora resurgunt, secundum illud I. ad Corin. 15. Omnes quidem resurgemus: sed non omnium animae resurgent: quia quidam ibunt in supplicium aeternum, ut dicitur Mat. 25. ergo resurrectio Christi non est causa resurrectionis animarum.

¶ 4. Praet. Resurrectio animarum fit per remissionem peccatorum: sed hoc factum est per Christi passionem, secundum illud Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: ergo resurrectionis animarum, magis est causa Christi passio, quam eius resurrectio.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Roma. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram: quae non